

Wolfgang Werther Mülport Michael Triller


Collegii Pandectarum Publici Et Ordinarii Disputatio Vicesima Secunda. De Verborum Obligationibus

lenae: Steinmannus, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn757178650>

Druck Freier  Zugang





K. K. — 2 (154.)

1. Ludovicus, an et quatenus affectus humani in foro consi-
derentur
2. Michaelis, de funere a filio vivo et audenti parenti facto.
3. Graefus, de eo quod iustum est circa pabulatorias militum
excursiones vulgo fœderatione.
4. Fischer, de injuriis quas fiunt per secundam personam.
5. Weniger, de Pfalburgeris.
6. Wend, de poenas militum famosae
7. Weidler^{us}, defectuum corporis contumplatio.
8. Weidler^{us}, de sacramentalibus.
9. Weidnerus, de usu remedii contra aedificentiam ad ac-
mulationem.
10. Weidner, de eo quod iustum est circa mulctas sive poenas
pecuniarias, non Guldhusen.
11. Rüstner, de expressa et tacita praescriptione litterarum
cambialium.
12. Rüstner, de alienatione bonorum adventitiorum.
13. Rüstner, de legatis ex testamento cui clausula oculi-
allusionis est de stipitate non praestandis.

14. Graeven, de conditione mafoulorum et feminarum
in jure.
15. Overbeek, de concursa noverrae cum privilegiis.
16. Crell, de monumento faciendum voluntatem testatoris
faciendi.
17. Crell, de ferutoribus et quatenus ex eorum factis civitas
teneatur?
18. Crell, de bonis receptitii uxori testamento paterno con-
stitutis.
19. Crell, de praescriptione petitionis hereditatis pater-
nae et aviae.
20. Wepphal, de adjumentis et cautelis jurisprudentiae na-
turalis rite excolendae.
21. Wernsdorf, de polygamia.
- 22.^a Wernker, de jure vicariorum sacri romani imperii
in aurea bulla expressis.
- 22.^b Wernker, de vicariatu, de j. ult. qua jura vicari-
orum sac. rom. imp. in aurea bulla non expressa.
23. Wernker, de actione cessae, adversus confidei jussorem
in felidum competente.
24. Wernker, de fructibus, in trebellianicam imputan-
dis.

31
40

COLLEGIIPAN-
DECTARUM PUBLICI

ET ORDINARI

DISPUTATIO VICESIMA SECUNDA.

DE

VERBORUM OBLIGATIONIBUS

Quam

Sub auspicio DEI TER. OPT. MAX.

*Magnifico & Amplissimo Ictorum Senatu, ininclusa ac
florentis. Ionenſium Academia, adprobante.*

PRESID. F. C. C.

Clarissimo & Consultissimo VIRO,

Dn. WOLFGANGO WER-
THERO Mülpfort / J. U. D.

Publice examinandam proponit

MICHAEL TRILLERUS

Sangerhaſanus.

Ad diem 19. Novembr. in Auditorio Ictorum.

JENÆ

Typis Tobie Steinmanni, Anno 1608.



NOBILISSIMO,
STRENUO, ET MA-
gnifico Viro, Dn. Ludovico
WURMEN, Dn. in Wolckrambshausen, Illustrissi-
mi Saxoniae Electoris Consiliario meritissimo, &
supremo Comitatus Mansfeldensis Ephoro,
Dno, & Patrono suo omnibus modis
etiam atq; etiam colendo,

Haec positiones inscribit, &

quae antiqua Votorum formula est,

DONAT DEDICAT

Michael Trillerus.

DISPUTATIONUM
PANDECTARUM

Vigesima secunda,

Quam

Publica censura in Auditorio Actorum exponet

MICHAEL TRILLERUS

Sangerhus.

I.

Ad Rubric. Tit. de Verb. Oblig.



Utrum stipulationis usus aliquis hodie reliquus est?

Negat *Molin. ad Rubr. h. t. n. 42. & seq. Connan. 1. com. 6. Ant. Gomez. 2. resol. 9. n. 3.* qui aut nullum stipulationis robur hodie esse autumant, aut sanè non majus, quàm cujusvis nudæ pactionis, propterea, quòd hodie ferè utamur Iure gentium, quo jure tantum pacta, & alii certi casus, sunt recepta.

Verùm ratio ususvè nobis contrarium suadere videtur: quando etiamnum conservari hunc contractum per ius civile nec abolutum eo ipso probatur, quia contrarium ejusdem non apparet *arg. l. sancimus C. de testam. l. precipimus C. de appellat.* Imò ne substantiam quidem ejus transmutatam videmus, *l. omnes 10. C. h. t.* Sed tantum declaratam, usumque ejus longè uberiorem factum. Nihil ergò *Molin. Connan. &c.* autoritate movemur, quia extra jus Regium (de quo intelligi possunt) secundum statutorum Regulas non admittenda *arg. l. fin. de jurisd. l. 1. C. de susp. rur. c. ut animar. de constit. 6. Geil. 2. obs. 124. n. 4. & seqq.* Nec inde magis exterminabitur nostra stipulatio, quod tradunt Canonistæ ex quolibet pacto jure Pontificio oriri vel actionem vel officium judicis. Quod etsi largiamur (de quo tamen jam non inquirimus, sed *Bal. ad l. 6. de pact. Alciat. l. 5. par. 3 & Bocer. ad l. 23. c. 1. n. 8. de R. I.* discutendum relinquimus) non tamen per id ius civile correctum sequetur;

B bb

Nec

D. DOMINICI ARVMÆI

Nec enim ius illud Canonicum extra forum Pontificium trahendum ad forum politicum, quamvis id commune Canonistarum placitum sit, eo moti, quia peccatum concernat, & in materia peccati ius Pontif. sequendum in utroque foro. Quod absolute verum non esse, bene demonstrat *Alc. ad rubr. h. t. n. 16. & seqq.* DE UTILITATE ET NECESSITATE (quamvis hanc vocem execretur cum *Socino Coras. 1. misc. ult.*) vide *Ferret. in rubric. h. t. n. 22. Schne. Inst. 1. de V. O. ibid. Vult. Donel. ad Rubr. n. fin.*

II.

Ad l. 1. §. 2. si quis ita int,

Stipulationes inutiles ne naturaliter quidem promissorem obligant.

L. 1. §. 2. ubi Barr. Alber. Coras. Don. & communiter Dd. 2. quia animus paciscendi defuit. Et si enim pactum nutu contrahi possit l. 2. 4. ff. de pact: Non tamen satis est nutum esse factum, signum datum, nisi simul paciscendi animo factum sit. l. 7. §. 12. d. t. præsertim quando (Galeno teste lib. 2. de decret. Hippocr. & Plat.) aliqui sunt qui inclinato capite dissentiunt. 3. quia idem in constituto obtinet l. 1. §. 4. ff. de const. pec. Diss. accurs. ad l. 27. §. pen. de pact. Duar. in d. l. 1. Zas. in pr. h. t. nu. 10. Garzia ad l. 6. de pact. n. 3. quod nutus hic consensum contineat, qui nihil nisi pactum efficiat l. 1. de pact. l. 3. de pollicit. Sed veritas hujus patebit satis ex secunda negativæ sententiæ ratione. Nec magis urget l. 35. in f. h. t. Erat enim ibi stipulatio accessionis loco. Non ergo si stipulatio deficit, continuo principalis conventio deficit arg. c. accessorium de R. l. in 6. & c.

III.

Ad eund. §.

Num stipulatio hac, Dabis? Dabitur. valeat? Affirmo.

Est quidem vis magna verborum concinnium & aptorum in stipulationibus, quæ tamen non eò extendenda, ut contra vim & mentem eorum quicquam valeat. Verbis inspectis hæc stipulatio DABIS? DABITUR, non nihil vacillat: Nam & ea in hunc sensum torqueri possunt. DABITUR scilicet ab alio, vel in hunc, scilicet à me. Et ut prius accipiamus, Regula veterum efficit, quæ in stipulationibus cum quaeritur,

DISPUTATIO VIGESIMA SECVNDA.

tur, quid actum sit, verba contra stipulatorem interpretari jubemur *l. 38. §. in stipul. 18. de V. O.* quod & communiter placuit. Sed hunc sensum ne admittamus, efflagitat id, quod dici solet, alteri neminem stipulari, aut de alterius facto quicquam promittere posse *l. 38. §. alteri h. t.* quod hic tantò certius statuendum erit, cum persona nulla stipulationi vel dationi inserta sit. Posterior ergò sensus congruentior erit, quia placuit contra eum ambigua vel obscura verba interpretanda esse, qui legem apertius conscribere potuit *l. veteribus 39. de pact.* qui in casu nostro is est, qui respondet: & obscuritas, si qua est, lucè illa accipiet ex præcedente interrogatione *S. præterea Inst. de inut. stipul. l. si sine §. qui interrogatus ff. de interrog. in If.* nõ enim qui stipulatur, ab alio, sed ab illo stipulari cõsetur, què interrogat *d. l. si sine §. qui interrog.* Unde & dici solet re scripta ambigua declarari ex precibus impetrantium antecedentibus *l. 1. C. de diver. rescript.* & apertius in verborum obligationibus traditum est in *l. Titia 134. §. idem respondit h. t.* Oponi solet *auth. si quando C. de constit. pes. de qua videndi Don. & Cujac. ad l. 5. h. t.*

IV.

Add. l. 1. §. 4.

Si me viginti interrogante, tu decem respondeas, obligatio, nisi in decem non erit contracta.

d. l. 1. §. 4 h. t. Interrogationi congruere debet responsio *l. 1. §. 3. h. t.* Interrogatio autem in viginti, responsio in decem concepta est. Ergò inutilis erit stipulatio. R. Ulpianus congruere summas, hoc est, interrogationem cum responsione, oportere. Nec in proposito aliter fieri: manifestissimum enim est, in viginti decem esse, idque vi & potestate quantitarum ac summarum, quæ ab invicem essentia differunt, qui enim stipulatur 20. stipulatur 10. & 10. sive igitur 20. sive 10. promittantur, semper id promittitur, quod in stipulationem deductum est. Sunt a. quodammodò duæ stipulationes, una utilis, alia inutilis, neque vitatur utilis per inutilem *d. l. 1. §. 5. h. t.* Cujac. aliò deflectere hæc conatur, nec thema admittit, nisi diversitas responsionis illicò placuerit *d. l. 1. §. 3.* quod falsum est. Si enim diversitas respõsionis illicò stipulatori placeat, non ex eo valet stipulatio, quia in viginti decem insunt, quæ ratio lecti est, sed quia superveniens stipulatoris approbatio eam cõfirmat *d. l. 1. §. 3.* Cujac. in eam sententiã pertraxit *S. præterea Inst. de inut. stip. qui*

D. DOMINICI ARVMÆI

tribus modis opponit se responso nostro, inquit Ferret. 1. quia ad interrogata non responder, qui decem promittit, 2. quia propriè (ait) si decem quis stipuletur, & quinque promittantur, vel econtra, inutilem esse stipulationem, 3. per comparisonem, quando quinque promittantur ac petuntur decem, & quando interrogatur sub conditione, & responderetur purè. Duobus enim comparatis in eo, de quo agitur, quod in uno dicitur, habet locum in alio, *l. jam hoc jure ff. de vulg. & puq. subst.* At illo modo stipulatio est inutilis *l. 1. §. 3. h.* Ergò & hoc ad primam objectionem responsum est. Ad secundam plerique veterum notarunt, inutilem esse stipulationem respectu summæ excedentis, at respectu summæ convenientis valere. Ad tertiam dicendum: artem imitari naturam *§. minorem Inst. de adopt.* quemadmodum enim, si quis propè ignem ponat lutum & caram, ignis lique facit penitus caram, è luto verò expellit superfluum humorem, lutumq; indurat. Ignis est determinatio, lutum & cara determinabilia, non tamen uniformiter determinantur, sed ut subjecta materia patitur. Sic stipulatio sub conditione facta, & promissio pura, cum stipulatione nostra quidem determinatur, non tamen eodem modo, prior ut cara in totum liquefcit, quippe cum nulla parte reperiatur interrogantis & promittentis uniformis consensus, quæ materia stipulationis est. Ex posteriore autem superfluus humor tollitur, hoc est, pro ea parte, pro qua partes consenserunt, valet stipulatio, pro ea verò, qua dissenserunt, corrui. Opp. quoque *l. si decem ff. locat.* quam resolves ex eruditissimis *Duaren. ad l. 1. §. 4. commentariis.* Locum Caji quod attinet in *Inst. t. de obligat. lib. 2.* Dico nondum mihi constare, quisnam ille Cajus fuerit. Et si maximè constaret, illum esse, quem Iustinianus *Sv v m* appellat alibi, non tamen contra rationem juris autoritas non recepta quicquam proficeret.

V.

Ad l. 9. si Titius & Sejus. h. t.

Hanc l. nonnulli (*Paul. de Cast.* eam mirabilem vocat, *Zaf.* à Rhetoribus inter asystata & à Logicis inter insolubilia numerari posse affirmat) referunt ad impossibilitatem perplexi, quod ita in se revolvatur, ut exitum habere non possit *arg. l. repugnantis de R. l.* Nam cum Titius & Sejus separatim à me stipulantur. *illum fundum, si illi non dederis, mihi*

DISPUTATIO VIGESIMA SECVNDA.

mihî dare spondes? Si alter petat à me fundum, quod alteri non dedi, respondere perpetuo potero, adhuc expeditum non esse, an alteri dare velim. Idque eò, quia committi non possit stipulatio, quam certum esse coeperit, fieri non posse, quod conditione comprehensum est *l. 115. §. item si quis h. t. Pet. Peck. ad e. nemo potest, n. 6. de R. I. in 6.* Sed dicerent aliquid, si fundus ille defineret dari posse hoc uno tantum modo, mortuo Titio vel Sempronio, nobisque in h. l. alius modus non proponeretur. Magis ergò est, ut nullam hic agnoscamus perplexitatem ob tacitam contrahentium voluntatem, quæ hæc est, ut intelligatur hæc stipulatio reciproca, SI NON DEDERIT, CUM POTUERIT, & usque ad litem contestatam in potestate sua habet, utri dare velit, ut se obligatione liberet, *l. si insulam b. t. Duar. h. n. l.* Si verò stipulatorum alter alterum prævenerit, & cum promissore litem contestatus fuerit, non possit amplius se liberare solvendo utri velit, sed necesse habet auctori dare, quia litis contestatio est quædam novatio *l. aliam 29. ff. de novat. d. l. si insulam.* Nec verò etiam *Accursi & Bart.* sententiam admittimus, existimantium, Conditionem quidem in h. l. nondum fuisse impletam, sed tamen rarum non esse, ut & antè impletam eam iudicium suscipi possit, per *l. nuda C. de cont. stip. l. cum quærebatur ff. jud. solvi.* Quæ est communis Pragmaticorum opinio teste *Iaso. ad l. si prius num. 18. ff. de nov. op. nunc.* quàm bene refutat *Don. hac n. l. num. 8. & seqq.*

VI,

Ad l. 16. h. t.

Si Stichum aut Pamphilum stipulatus sum, & Stichus ex his meus factus sit ex aliqua causa, an promissor Stichi æstimationem offerendo liberetur?

Voluit illud *Glossa magna in d. l. 16. vers. reliquus h. t.* quam sequuntur *Ferrer. Duar. Cujac. Don. Charond. ibid.* quorum sententia impugnatur, 1. Ex *d. l. 16. h. t.* quæ vult reliquum deberi. Et ut rectè *Glossa parva* adjicit, *PRÆCISE.* Nec curo *Bart.* qui adjicit eam non esse bonam. 2. Probat id manifestè *l. Stich. aut Pamp. 55. ff. ad l. Aquil. in vers. QUEM NECESSE HABEO DARE,* quod & pressius inspecta ejus specie apparere cuivis poterit, 3. Ex omni obligatione id præstandum est, quod debetur, *pr. Inst. quib. mod. toll.* At in casu nostro vel Stichus vel Pamphilus debetur, non etiam æstimatio *l. si ser. 91. in fin. de V. O. l. 1. ibid. gl. de act.* Ille autem præstari nequit, quia eum habeo, Ergò Pamphilus præstandus

standus erit. 4. Aliud pro alio invito creditori solvi nequit l. 2. §. 1. de reb. cred. Aliud est autem æstimatio Stichi, aliud Pamphilus. Ergo. 5. Stipulatio hæc, *Stichum aut Pamphilum dabis*, sub hac conditione contracta censetur, ut Pamphilus detur, nisi Stichus præstetur, l. cum ita legatur in pr. ff. de opt. vel elect. leg. Illi autem in casu nostro locus factus est. Ergo 6. fac. l. Stich aut Pam. 95. §. 1. de solut. Et quid obstaret? Animadverto illud nostros in transversum rapuisse: quod promissor in hoc genere promissionis ab initio habuerit jus electionis l. plerumq. in ff. de l. dor. Hoc autem illi invito auferri nequit. Quam argumentationem admitterem, si electionis jus salvum promissori etiam alienato Sticho permanere probatum fuerit: quod negat l. Stich aut Pam. 95. §. 1. de sol. Quod si (inquit) promissoris fuerit Electio defuncto altero, qui superest, æque peti poterit. Nec natura electionis nos aliter dicere patitur, qui n. electionem habere dicitur, potest uno amisso alterum retinere. At in casu nostro, ut maximè vellet retento Pamphilo Stichum solvere, id non poterit, quoniam is semel stipulatoris factus fuit. Nec dices æstimationem succedere loco Stichi, quoniam vel ille stipulatoris factus est ex causa lucrativa, & prohibebitur ex alia causa æstimationem præstare, ne sc. duæ lucrativæ causæ circa unam & eandem rem concurrant §. si res aliena Inst. de leg. 1. Vel ex causa onerosa, & hoc in casu propter Stichi pretium, quod habet promissor, censetur omne ius electionis repudiasse arg. rationis l. 4. ibi Nam cum alieno & c. l. 27. §. qui suspectam ff. ad Treb. 2. opp. l. cum res 47. §. Sed si Stichus de leg. 1. de qua v. Ant. Fab. 2. conject. 15.

VII.

Ad l. 21. si divortio.

Causa falsitas stipulationem non vitiat.

L. 21. h. 1. ubi Zaf. Alc. Don. (in qua non recipienda Cujacij interpretatio, verba Dotis nomine pro demonstratione non causa accipientis, ut rectè demonstrat Don. h. n. 2. ex ratione, natura atq; usu verborum) 2. quia idem in legatis obtinet d. l. 21. in f. l. 17. §. quod autem l. 33. ff. de cond. & dem. §. longè magis Inst. de leg. Argumentum v. à legatis ad stip. est reciprocum Ias. & alij ad n. l. 21. nisi diversum specialiter reperiatur Gæd. in tr. de con. stip. c. 3 n. 69. Nec refragatur l. 1. 3. ff. de cond. fin. cau. ubi sine causa promittens, obligationem condidit. Refert enim qualis si causa falsa, propter quam quis promisit, Utrum ea, ex qua, si vera esset, cogeretur dare, an verò ea, ex qua non cogeretur, ut illo casu vera sit,

d. 1. 2.

DISPUTATIO VIGESIMA SECUNDA.

l. 13. non v. posteriore l. 1 ff. de cond. in d. l. 82. de R. I. l. 55. in sum. §. 2. de cond. ind. Nec urges l. 2. §. C. de cond. ob cau. Rectè n. à Don. h. n. 7. Ged. d. l. n. 62. distinguitur inter causam præteritam & futuram. Sic minus ad rem facit l. pe. §. 4. sol. mat. ut Duar. & Don. d. l. docent.

VIII.

Ad l. 26. Generaliter & l. 17.

Stipulationes turpes an ipso iure inutiles, an verò l. Civ. ita valida, ut exceptione doli m. aut in factum opposita infirmandæ sint.

Exceptione elidendas affirmat *Cuja. h. per l. pen. ff. de cond. ob turp. caus. l. 1. C. eod.* Negat post *Ferret. Don. h. n. 3.* quia nullius momenti esse dicantur ea, ad quæ impugnanda non sit alio auxilio opus, ut sit in l. 31. non solum de O. & A. l. 1. §. 3. *Que sen. sine app. resc. 2.* Quia stip. turpis ab initio non valere dicitur, ab initio nulla esse l. 123. h. n. l. 7. *Iuris gen. §. sub. malef. de pact.* Ad d. l. pen. distinguit *Don. & Bart. Salic.* inter causam turpem expressam & tacitam. Cui omnino assentiendum foret, si d. l. pen. difficultas commodè sic evitari posset, in qua tanquam vel ut in visco (inquit *Ferret ad d. l. 26.*) hærent nostri Interpp. & cuique peculiaris ad eam fingitur responsio; Ut nec *Donel.* satis probabilis videtur. 1. quia divinat. 2. quia quando vitium in causa est, nihil refert, an exprimat, an taceatur arg. l. cum lex 46. ff. de fidejuf. l. pacta que contra C. de pact. Postremo, nisi reddas rationem diversitatis, aut id lege notanter dictum sit, par est causa expressi & taciti vulg. l. cum quid ff. si cert. per. Verò igitur magis consentaneam arbitror si *Duar. ad d. l. 26. distin. ex Boc. in disp. de cond. ind. th. 18.* ita explicavero: Ut si promissio naturaliter turpis sit, nec ll. expressè prohibita tum petentem doli mal. exceptione submovere possis d. l. penult. Sin verò civiliter turpis, ipso l. nulla sit obligatio l. si stip. 19 l. 35 si stipulator §. 1. l. stipulatio ista 61. de V. O. l. 4. C. de inut. stip. l. cum donationis 34. C. de transact. l. 5. C. de pact. conv. l. 15. C. de pact. arg. l. non dubium C. de LL. Vel si detur actio sub ambiguo, non tamen de futura sit exceptio l. 134. *Titia h. t.* Ad quam refer, quæ bene ad eandem Ref. *Don. d. l. in fin.*

IX.

Ad l. 38. §. alteri.

An ne iure Cænonico quidem efficaciter alteri stipulari possimus?

Negans

Negant communiter Canonistæ: ut copiosè alleg. V. apud *Ant. Gabr. conclus. 1. lib. 3. commun. opin. 1. de V. O. n. 65. & 66.* quia ex tali stipulatione, qua alteri stipulamur, etsi non civilis, naturalis tamen oriatur obligatio *gl. ad d. §. alteri ius verò Canonico vel maximè naturalem tantùm obligationem attendat c. 1. ext. de pact.* Sed rectius est, ut ne jure Canonico quidem aliud dicamus: ita ut ne eo iure quidem naturalis oriatur obligatio. 1. quia paciscendi animum contrahentes non habuerunt: de quo *suprà th. 2. 2. quoniam lex resistit d. §. alteri at resistente lege, non potest oriri naturalis obligatio, secundum Bart. in l. cum lex ff. de fidejuss. l. si non forem in pr. de cond. ind.* Quod autem lege prohibente non oriatur naturalis obligatio, ratio ea est, quia illa est de iure gentium, *l. Stichum §. naturalis ff. de solut.* Sed de jure Gentium magistratui legibusvè parendum est *arg. l. 2. ff. de just. & jur.* Contrahens ergò vel alteri stipulans contra legem facit hoc, quod est contra Ius G. Ideò non obligabitur, ut in diverso casu argumentatur *Sich. ad l. 6. C. de pact. Cui adde Gæd. in tr. de cont. stip. c. 10. n. 14. & seqq.*

X.

Ad l. 41. Eum qui Cal. §. 1. quotiens.

Ex stipulatione pura statim agi potest.

L. 41. §. 1. Venit enim cessitque dies l. 213. de V. S. Hinc pura dicta quia vacua & libera est à temporis obligatione differentis adjuncto, 2. §. omnis Inst. eod. l. eum qui 56. §. qui ita stipulatur eod. Et merito: causa enim ubi præsens, ibi effectus, ut præsens sit, necesse est *arg. l. 1. in ff. quod quisq. jur. Ceterum ergò, qui pure sibi stipulatur, confestim eadem exigere potest. Maximè quando idem & in legatis obtinere videmus l. 5. §. 1. l. 21. in pr. ff. quand. dies legat. l. 75. in fin. ad SC. Treb. Cujac. in d. §. omnis & l. 41. ibidem Don. n. 29. & seqq. Pet. Fab. ad l. 14. de Reg. l. A quibus discedunt Bart. & vulgò Dd. in l. 105. de solut. Dec. in d. l. 14. Schn. ad d. §. omnis.* Qui variè in tempore definiendo dissentiunt, quibus inter alios egregiè satis factum à *Don. d. l. putamus.*

XI.

Ad l. 72. Stipul. non dividuntur vers. Cell.

In faciendi obligationibus promissor minimè ad factum obligatus est, sed prestando interesse liberatur.

Commune Dd, placitum hoc esse testatur *Soar. in th. com. opin. lit. F. n. 3. (vide Don. ad l. 13. §. 1. de re jud. & ad l. 72. n. 24. & seqq. Gæd. in tr. de cont. stip. c. 9. n. 16. & seqq.)* Quam ex eo probat *Duar. h. quod incivile crederunt*

Ornatissimo Juveni, Dno. Mi-
chaeli Trillero, amico meo singulari.

*Pulpita quem doctæ conscendere laude cathedra,
Est aliquid, dubiam posse subire viam.*

*Majus at, indignas leviter contemnere nugas,
Quæ non ex causa sapè moventur ibi.*

Perge, nec inceptum felicitramite cursum.

Desere, proficient tela sinistra nihil.

*Perge opus urgendo, me CLARIS OBLIGO VERBIS,
Post messem ipsa Themis premia digna dabit.*

Wolfgangus Vertherus.
Mülpsort / J. U. D.

ALIUD.

Cimmerios juris nodos, obscuraq; legum

Discutis ingenii lumine, dumq; tecas:

Audite applaudens Themis; atque age filia flores

Necte novos, novus hic nunc Tibi sponsus adest.

Quid novus? ipsa refert, dudū mihi pactus utrinq;

VERBORUM æternum VINCULA corda LIGANT.

Andreas Ellingerus
Med. D.

Politij. Dn. Respondenti

MICHAELI TRILLERO,
amico & commensali meo.

TRILLEROS habet ipsa suos Bellona, labore
Duros TRILLEROS & sibi Pallas habet.
Effera mens illos magnâ vi trudit in hostes:
Hos suave alloquium & blandula verba decens.
Rara vivis Pietas TRILLERIS castra secutis:
Magna vivis Pietas Pallados arte bonis.
Palladios inter TRILLEROS ensifer astas,
TRILLERE, & vibras Pallados arte libros,
Laudo. Sic omnes si certo tramite current
TRILLERI, incubuos fossa nec ulla premet.

M. Thomas Sagittarius
Professor Publicus,

DISPUTATIO VIGESIMA SECVNDA.

diderunt veteres, atque adeò servile quodammodo esse, quenquam ad faciendum posse cogi. *arg. l. 2. ff. de lib. hom. exh. l. Titio centum 71. ff. de cond. & dem.* Deinde manifestè probatur *h. n. l. 72.* ubi id, quod fieri stipulati sumus, factum non fuerit, pecunia vel justè facti æstimatio (quod hic est ipsum interesse) dari oportet. Huic consentit *l. 13. §. 1. de re jud.* quæ generalem & parem omnium faciendi obligationum conditionem & naturam facit: ut idem quoque ex *l. si pœnam 68. l. quoties quis 81. in pr. & l. 112. §. ult. h. t.* videre est. Et quamvis id quod interest, expressè in stipulationem deductum non est, vi tamen ipsa & effectu in eandem venit, & ut loquitur *d. l. 81.* in ea continetur. Duò namque facti verbo continentur, *arg. l. 6. de servis exp. l. 4. ff. de usur.* Actus ipse, deinde effectus, id est, utilitas, quæ ex actu percipitur, quæ nihil aliud est quàm id quod interest, nostra ali quid fieri. Primum verbis apertè, alterum potestate verbi continetur. Quod adeò verum arbitramur, ut commissa stipulatione non utrumque (ut voluit *Bart. Castres. in l. 72. Robert. 1. animad. 17. vers. hoc igitur præt.*) sed solum id quod interest, in obligatione versetur. 1. quia in *n. l. 72. in f.* dicitur, *Pecuniam dari oportere*, quod necessitatis. Sed quæ hæc esset necessitas, si ejus præstationem reus, factum eligendo evitare posset. 2. *arg. penus legatæ l. 1. §. 8. Item si ff. ad l. Falc. l. 1. ff. de pen. leg. l. cum sine ff. quan. dies leg. 3.* quia in *l. ult. ff. si quis in l. voc.* dicitur in id quod interest *agendum esse*. Non ergò in agentis potestate, sed in necessitate hoc totum positum est. Circa quæstionem dissentiunt *Martinus, Cujac. in d. l. 72. Coras. 2. misc. 3.* Quorum argumenta partim ex suo, partim Don. judicio recenset & resolvit *Gœd. d. l. n. 50.*

XII.

Adl. 74. Stipulation. quædam.

An duplex conditio certi, alia generalis, alia specialis?

Neg. cum Myns. ad §. sequens Inst. de act. n. 8. Don. ad rub. in verb. si cert. pet. n. 3. & ad l. 9. ff. de reb. cred. ubi & Iason n. 12. 1. quia diversitatem actionum constituit differentia conclusionis. Sed in omnibus rebus certis petendis unum est medium concludendi, puta, *Peto centum, quia certum est ea mihi deberi.* Ergò. 2. *per l. si quis 24. de reb. cred. ubi eandem conditionem quæ ex mutuo dari dicitur, ex stipulatione quoque competere videmus.* Cui accedit *l. 9. ff. d. t.* ubi similiter in omni contractu locum habet ea conditio, quæ ex mutuo dabatur, ut in exemplis ibid. videre licet. Nec tamen pauci sunt, qui id affirmant (*Cujac. 2. ad Affr. in l.*

23. de reb. cred. Robert. 2. anim. 3. Sich. ad rubr. C. si certi. per. moti potissimum
 §. 1. Inst. de Oblig. quæ ex re. & rubr. 1 ff. de reb. cred. Quorum tamen neu-
 tro tantum permoveri debuerunt. Cum iis aliud nihil probari possit,
 quàm quod actio, quæ datur ex mutuo, appelletur certi conditio: Ex
 quo nequiquam id, quod volunt, consequens est. Nec verò iuvantur l.
 1 ff. de cond. trit. ut cuius facile patet. Et quamvis Oldend. 4. clas. 28.
 hanc quæstionem nullius momenti esse dicitur: Usus tamen ejus per-
 magnus ex Sich. d. l. apparet, qui vult, ut si quis generali intentata condi-
 ctione non probaverit, posse eundem ad specialem postea pervenire.
 Quod ipsum quam verum sit, ex jam dictis satis constat.

XIII.

Adl. Quicquid 99. §. 1. h. t.

*An cautio Mutiana etiam in stipulationibus cateruè con-
 tractibus locum habeat?*

Guil. de Cuneo (ut eum refert Salic. ad l. 1. C. de pact. nu. 19) in l. dedi
 ff. de cond. ob caus. affirmat. 1. per l. insulam 58. §. fin. ff. locat. 2. quia in
 contractibus eadem sit ratio, quæ in testamentis. 3. quia de ultimis
 voluntatibus arguatur ad contractus, & contra l. fin. C. de legat. 4. quia
 conditiones negativæ æquiparantur in ultimis voluntatibus & contra-
 ctibus l. impossibilis de V. O. Bart. per d. l. 58. distinguit contractus bonæ
 fidei à stricti l. contractibus. Franc. Balduin in l. Mutiana ad l. 115. de V. O.
 f. 212. distinguit, utrum res promissa morte finiatur, nec ne, ut ibi lo-
 cum habeat, hic minimè. Nos cum gl. & Everh. in top. leg. in loco à cont. ad
 ult. vol. n. 3. Duar. in d. l. 115. Don. 8. com. 33. Negamus. 1. quia nusquam
 in contractibus locum esse cautioni Mut. probatur: quod si aliud esset,
 Ictos id prætermitturos fuisse verisimile non est. 2. quia in contracti-
 bus diversa ratio est, ut apud Don. d. l. Forcat. dial. 94. Necyom. videre est.
 Denique quia in l. 7. ff. de cond. & dem. solum testamentorum causa indu-
 cta esse dicitur. Et ad l. 58. Resp. eam non occupatam esse in conditione
 de non faciendo, quam requirit Cautio Mutiana, sed in modo potius,
 Do ut impendas in refectionem, ex quo & Bart. corrui distinctio. Se-
 cundi falsitas ex Don. d. l. patet. Tertium tum locum habet, si in ratio-
 nis identitate conveniant. Everh. d. l. n. 2. Ultimum autem, inquit Salic.
 verum est in conditionibus necessariis & omninò exituris, non in vo-
 luntariis & omninò non exituris, Adde Forcat. d. l.

Num promissio in faciendo consistens etiam ad hæredes transeat?

De dandi obligationibus res clara est l. 2. §. 1. h. t. De facti promissione dubia, quia non ut datio, sic & factum à persona secretum est l. ult. de condit. instit. (Duar. ad l. 46. h. t.) & ideo, quod in facto est, in mortis tempus conferri nequit l. 46 §. 1. h. t. Quod immutatum nostri sentent. l. veteris l. ult. Cod. de cont. stip. qui distinctione utuntur ex l. un. §. n. aut. C. de cad. toll. (Duar. Don. Cujat. Ferret. ad d. l. 46. Pac. 7. in art. 30.) quæ sententia non incommoda est: quamvis dissentiat Duar. & ideo d. ll. C. h. t. ad speciem l. 46. §. 1. h. t. non pertinent; ut rectè alii volunt. Ex his argumentum Ferret. resolvitur. Solutio facti est. Ea autem post mortem confertur. E. & facta ad hæredes transeunt.

XV.

Ad l. si stipulat. fuerim. 76. h. t.

Si stipulatus fuero, illud aut illud, quod ego voluero, hac electio personalis est, & ideo servo vel filio talis electio coheret; in hæredes tamen transit obligatio, & ante electionem mortuo stipulatore.

d. l. 76. ult. in pr. h. t. quæ enim facti sunt, ad dominum patremvè non pertinent l. qui hæredi ff. de cond. & dem. l. legat. nulli ff. de adim. leg. l. Stichum §. usufr. ff. de sol. l. qui liber §. fin. de vulg. subst. l. si servus societ. ff. pro soc. cujusmodi Electionem esse constat (Bar. ad l. 76. h. t.) *Quæritur an idem obtineat in homine sui iuris?* Neg. Duar. ad d. l. 76. Affirmativa tutior est: quod enim in l. 76. electio personalis dicitur, id tam in homine sui I. quàm alieni procedit. Nam quæ personalia sunt, in hæredem minime transitoria sunt, & verba illa, *Quod ego voluero*, personæ stipulantis voluntatem denotant. Voluntas a morte finem accipit l. 4. ff. locat. Et per consequens facultas eligendi ad hæredes transire non poterit: quod pluribus confirmavit Don. ad d. l. 76. Opp. l. si sic leg. §. ult. de leg. 1. ibi *tenebitur hæres ejus, ut præst. &c.* Hic locus est, in quo decipi proclive fuit, inquit Don. Nonnulli veterum responderunt, quod in d. l. si sic leg. fuerit verbum indicativi modi sc. *Velim* in d. l. 76. subjunctivi *Voluero*. Quam responsonem Bart. truffam esse irato animo pronunciat. Quare ipse rectius sibi visus est distinguere, ut siquidem stipulator adhuc vivat, personalis sit: eo autem mortuo, incipiat esse realis, & ideo in legatarium transeat. Ratio est, quia si stipulator vivus

¶ Ii posset eam cedere, vel in alium transferre, fieret conditio promissoris deterior, quia ille fortè aliter eliget, quam prior ille elegeret *l. in cui ff. de fideic. liber.* Nec Bart. admittet, idem dici posse in persona hæredis aut legatarii, quoniam sicut obligatio ipsa est transmissibilis, sic utique & electio, ne aliàs mortuo stipulatore obligatio corruat. Quam rationē non admittit *d. l. 76.* Ut maximè enim electio personæ cohæreat, non tamen indè concluditur rectè & obligationem ipsi cohære: sed consequitur per occasionem mortis stipulatoris eligendi jus promissor, ut regulare jus est in stipp. alternatis. Don, ait, in specie *d. l. si sic leg.* proponi eum stipulatorem, qui quod stipulatus erat, electione sibi constituta id ipsum legavit. Quæ responsio difficultate non caret. Si enim elegerit testator, non rectè tribueretur legatario potestas eligendi Stichum vel decem, cum electioni testatoris acquiescere ipsum conveniens sit.

XVI.

Ad l. 78 § 1. h. t.

Cum fundum stipulatus sum, non veniunt fructus, qui stipulationis tempore fuerunt.

d. l. 78 § 1. quod enim palàm verbis expressum non est, in stip. pro omisso habetur *l. 99. h. t.* atqui dices, fructus pendentes fundi pars esse videntur *l. fructus de R. V.* Hoc si ita est, licet argumentari, qui totum stipulatur, is & totius partes omnes, quæ tempore stipulationis fuerunt, stipulari intelligitur: in toto n. continetur & pars *l. si quis cum tot. ff. de exc. rei jud.* At qui stipulatur fundum pendentib. fructibus, is totum stipulatur, cujus tum pars sint pendentes fructus (*Don ad d. l. 78 § 1. h. t.*) facit *l. si ser. com. g. lotavi ff. de furt.* Verùm ea ratio tum demum obtinet, cum quis fundum suum iudicio petitorio petit, tum enim nihil æquius est, quàm fructus ei cedere, cujus & solum est. Quæ etiam ratio est, cur *d. l. fructus in t. de R. V.* sit relata. Nos a hic agimus de fundo per stipulationem primitus acquisito: à quo longissimè distant fructus, neq; ejus pars dici possunt, ne tunc quidem, cum fundo cohærent. Nam ut scribit *Arist. 1. polit.* Ex demum verè proprièq; dicuntur partes, quæ suo toti adhærescunt, suumq; munus obeunt, ut rota in vehiculo. Fructusa. non possunt dici fundo, ut toti adhærescere, vel munus suum ad totius conservationem obire, quoniam fructibus licet à fundo separatis, nihilominus idem fundus dici debet. Præterea, cujusq; rei partem ejusdem naturæ esse oportet, cujus est totum. At fundus res soli est, fructus verò

mobiles

DISPUTATIO VIGESIMA SECVNDA.

mobiles. Non igitur pars ejus dici potest. 2. Oppon. *l. Julian 13. § si fruct.* 10. ff. de act. empr. R. *Duar. ad h. l. constituendam esse differentiam inter contractus bonæ f. & stricti juris.* Ut in illis debentur fructus propter latissimam eorum naturam, in his non item *l. 99. h. t. 3. opp. l. ult. §. non solum ff. quæ in fr. cred. R. Don. d. l. n. 10. 4. Opp. l. si fund. 114. h. t. Bart. rejectis duabus solutionibus veterum apponit tertiam. Ideò dic (inquit) quod ibi loquitur in obligatione facti, in n. l. de obligatione dandi. Verum nihilo felicius cæteris se expedivit, siquidem *d. l. 114.* utitur verbo *Præstari*: quod commune est. Nam qui tradit, præstat, *l. exemptio ff. de act. empr.* Sed & qui dat, rectè præstare dicitur, *V. Don n 13.**

XVII.

Ad l. 101. ff. eod.

Puberes sine curatoribus suis possunt ex stipulatu obligari.

d. l. 101. quia obligari potest paterfam. suæ potestatis pubes, compos mentis *l. 42. de O. & A.* quæ lex & aliud evidens hujus rei argumentum præbet, ut enim pupillus sine tutoris autoritate non obligatur *l. civili*, sic oppositione rectè posita, minor sine curatoris sui consensu *l. civ. obligari poterit.* Quod confirmat *l. neque 7. ibi neque curat. absentia &c. C. de contr. stip.* Probat & id ratio elegans Pauli in *l. sciendum 20. ff. de rit. nupt.* quia officium ejus in administratione negotior. consistit. E. quicquid extra negotior. administrationem erit, à minore rectè fieri poterit. Obligatio a ext. rerum administrationem est, quoniam juris vinculum est, quo persona obligatur *l. obligat. 3. de O. & A.* At dices, non sine rerum interventu? Rectè, & quatenus obligatio rerum alienationem secum trahit, non valet. At multa promitti possunt, quæ personam minoris vel ejus industriam concernunt ad quæ, quò minus se obstringat, nulla refragatur *l. ratio.* Deinde consensu fieri obligationes *l. tradit l. 2 de O. & A.* At minorem consentire posse, nemo negat *d. l. 101. d. l. 20. sciend.* Non n. nuptiæ sine consensu contrahuntur *l. nuptias 30. de R. I. E. & obligari posse consequens est.* Deniq; amplissimū restitutionis in integ. tractatū propono. Minor. in integ. restitui poterit, si læsus fuerit *t. t. de min. 25. an. E. & obligatur.* Quod enim ipso *l. nullū est, restitutionis nō eget, l. 5 ff. de injust. nupt. l. bovè § fin. ff. de adul. edict. l. liberos § fin. ff. de c. di. l. sēpro. circa pr. de usufr. leg. Opp. Don. ad l. puberes.* Curatori negotiorū administratio commissa est. E. & rerum cōtrahendarum. Rectè: Curator habet negotiorum administrationem, ita ut possit simul res aliēnare. Minor
 C c c 3 quidem

quidem contrahendi, sed non res simul alienandi potestatem haber. 2. Opp. l. si Curat. 3. C. de int. rest. quæ tale suppeditat argumentum: Minor non ab similibus habetur ei, cui à Prætorè bonis interdictum est, h. e. prodigo. At is ne quidem Inaturæ se obligari poterit l. 6. de V. O. E. nec minor. Verùm eo in argumento committitur fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Comparatur quidem minor prodigo ratione alienationis, at non obligationis, ut enim ille non potest res suas alienare, sic nec minor invito curatore. Verùm ut ille sese obligare, sic & minor impediatur, falsa est collectio. Rectè itaque cum Cujat. 19. obser. 33. d. l. 3. de venditione, cui conjuncta est traditio, atque ita alienatio subsæcuta est, exaudiemus. Quanquam si nova viri docti oppositione duceris, dic opposita seu repugnantia non esse curatorem habere, & sine curatore constitutum esse. Cum nec illa simili modo pugnantia sint. Omnis homo est literatus, nullus homo est literatus: quod tamen logicum non est.

XVIII.

Adl, qui Romæ 122. eod.

Omnes laudant l. qui Romæ 122. h. t. quæ vulgò creditur & materia & acumine, certare cum omnibus hujus tit. legibus, & à nulla vinci, ut ait Ferrer. Facilis est, si, quod præcavendum, ab aliis non seduci nos patiamur. Putat Ant. Fab. i. conject. 1. Nec in congruo tempore, aut loco oblationem factam esse. Quod prius ut verum est, potestate ea inspecta, quam jus promissori concedit l. quod certa 70. de solut. l. quod quis 50. de O. & A. Ita posterius verbis legis è diametro contrarium est. Qui Romæ (inquit Scævola) mutuam pecuniam acceperat, solvendam in longinqua provincia post menses tres, eandemque ibi dari stipulanti spondisset, &c. Obligatio contracta Romæ fuit, solutio destinata in longinqua provincia: Romæ post paucos dies testatò creditori dixit, paratum se esse eam Romæ numerare, ut sic cuivis, contra formam stipulationis offerri pecuniam appareat. Quod verbis clavis ostendit Ulp. in l. 17. §. qui certo. ff. de fidejuf. l. pen. ff. de eo quod cert. lo. Quare rectius, omisis alius sic statuemus. Titius Romæ Caio 100. mutuo dedit, conventum inter eos, ut post tres menses, eadem cum usuris in longinqua provincia solveret, simulq; usurarum nomine 10, in antecessum dedit: post paucos dies Romæ præsentibus testibus Titio creditori Cajus dixit, paratum se esse Romæ 100. mutuo data numerare, detracta ea summa, quam creditori suo usurarum nomine dederat: non quidem, ut

opinor,

DISPUTATIO VIGESIMA SECVNDA.

opinor, integra, sed pro rata ejus temporis, quo sortem habuit. Titius oblatam summam recipere recusat, quare debitor eam deponit; pecunia perditur. Quæsitum est, an sua die, h. e. elapsis tribus mensibus integra summa peri possit? Videbatur dicendum, quod non, quia integram summam, in quam obligatus erat, semel obtulit, oblatam deposuit, juxta *l. acceptam 20. C. de usur.* E. liberabitur debitor, nec rectè creditor eum actione pulsabit, *l. obsignat. C. de solut. l. qui decem ff. de solut.* Ponendum a. omninò pecuniam depositam esse, & deperditam, ne aliàs probabilis dubitandi ratio cum nostris nos fugiat, neque ullus alius color obtendi poterit, quo sese debitor contra petitionem actoris muniat. Nam si pecunia etiamnum salva sit, nulla ratio est, quò minus eam creditor utcunque morosus petat *d. l. acceptam l. obsignat l. qui decem.* Verùm respondet Scævola, posse stipulatorem sua die, ibi, ubi solvendam stipulatus est petere: Propterea quod non suo loco depositio facta est. Quæ restrictio nominatim oblationi pecuniæ additur in *d. l. obsignat.* Neque debet utilitas loci creditori auferri *l. 2. de eo quod cer. loc. V. Duar. Cujas Ferrer. Donel. Charond. post Bari. Castrens. Cuman. & veteres ad d. l. qui Romæ 122. h. t. Ant. Guib. c. 5. Quæst. Jur.*

XIX.

Ad d. l. 122. §. Aggerius cod.


Stipulatio sub conditione concepta ad hæredem transmittitur?

§. ex conditionali *Inst. de V. O. l. si quis 57. de V. O.* atqui deficiente re, deficit stipulatio *l. 56. §. final. h. t.* E. si pendente conditione unus contractantium decesserit, par esse ratio videri poterat. Sed ratio diversitatis multiplex & permagna est. Et ut illam saltem addam, unio hæredis & testatoris in personis operatur validitatem stipulationis & ut permaneat, efficit, quæ nulla est aut esse poterit in rebus. Procedit conclusio in conditionibus casuali & mixta, non etiã potestativa *l. certissimis 46. §. si ita stipulatus fuero h. t. (Cædd. de contrah. stip. c. 9. n. 193.)* Opponitur *d. l. 122. §. Aggerius h. t.* quem difficilem §. esse, & contra æqui & boni regulas, ut vulgò intelligitur, inquit *Soarez. in addit ad Gomez. 2. variar. resolut. n. lxx. T. Aggerius filius familias promiserat servo P. Mævii stipulanti se daturum, quicquid patrem suum debere constitisset. Potest autè multis modis accidere, ut non cõstet, an & quid quisq; alteri debeat §. in fraudem *Inst. quib. man. non lic.* Erit ergo in hac stipulat. conditio. Stipulator item q; creditor patris cum patre vivo non egit, aut si egit, non tamè de debito constitit,*

constitit, moritur pater aliis hæredibus relictis, quàm Aggerio filio sive quod ille exhæredatus esset, sive quod institutus repudiasset hæreditatem. Cum his hæredib. patris egit stipulator & probavit quantum sibi pater debuisset, si supervixisset. Maluit ideò ex stipulatione cù Aggerio experiri, tanquam cum eo qui patris debitum in se recepisset. Negat Aggerius se ea stipulatione teneri, quæritur, an teneatur. Respondet Scævola, si conditio non extitisset, stipulationem non esse commissam, hoc est, quia conditio illa, sub qua Aggerius promiserat, non extitit, ideoque ex stipulatione cum eo agi nequit, quia nec obligatus ex ea est, Scævola hoc igitur videtur innuere, implementum conditionis non transire ad hæredem. Varii hunc obicem dissolvere conati sunt. (*Alciat. 1. disput. 13. Conan. 6. comment. 3. Duar. Donel. ad d. l. 122. §. Aggerius Costa. 2. select. 23.*) quicquid est, videntur falli plerique dum particulam Si, pro Quia, interpretantur. Sit ergò hic sensus. Mævius pater Auggerii defuncto egit contra ejus hæredes, & de debito constitit. Quæsitum est an per hoc Auggerius teneatur? Scævola cum videret se consuli de re non ambigua: quæ constaret, secundum ea quæ proponerentur, conditione sine dubio extitisse, respondit oblique, ut solet, si conditio non extitisset, stipulationem non esse commissam. Proinde dictio Si, non ponitur pro Quia, sed propriè conditionaliter. Sed & verbum extitisset, præteritum plusquam perfectum propriè exprimit, ut apud *Virgilium in Bucolicis*. Et, si non aliqua nocuisses, mortuus esses, & in *4. Eneidos*. Si littora tantùm, Nunquam Dardanidæ tetigissent nostra Carinæ. Differre hac in re stipulatio à legato *l. unic. §. si autem. C. de caduc. toll. l. 4. l. 5. quand. dies legator. l. legata sub conditione l. si ita expressim ff. de condit. & demonstrat. quæ ratio diversitatis? quia spes legatarii est ex donatione, quæ facti est, Stipulatoris autem ex promissione quæ juris est, illa autem quæ juris sunt, in hæredem transeunt *l. hæreditar. de R. I.* facta autem cum persona extinguuntur *l. ult. ff. de cond. instir.**

25. Mufcus de vindicta praetextu defensionis adumbrata.
26. Müller, De testibus
27. Müller, de iure facinorosos sequela praefectoria persequendi. Nam dan Orul? Lulz vdr Nufzila.
28. Caesar, de amplissima collectorum materia.
29. Novius, de iurata specificatione heredis et aliorum.
30. Mühlfort, de privilegio competentiae.
31. Mühlfort, de verborum obligationibus.
32. Mühlfort, de commissariis.
33. Mühlfort, de fideiussoribus.
34. Mühlfort, de prioritatem creditorum concurrentium.
35. Mühlfort, de iure venandi.
36. Müller, de sponsalibus.
37. Müller, de contractibus possessionis de hereditate et eorumque iure.
38. Moringius, de de pofila.
39. Moringius, de superioritate territoriali et ejusdem iuribus adfinitibus.
40. Mentzerus, num sponsus ante solennem in ecclesia copulationem et benedictionem, concubinentibus, pub. potentibus iuste imponatur.

41. Meier, de iudicio annitorio, apud nos dñi Lo. Sforzini.
42. Meier, de tutela datura.
43. Meier, de aufgabe Littenienfi
44. Meier, de translatione ministri scolastici
45. Meier, de iure infantium.





præter. ex hered. & Authenti. Hoc amplius C. de
WESENBECK. ad d. t. injusto &c. Si tamen d
ut vocari solent, h. e. ii, qui post conditum
Patri vel Avo liberi nascuntur, vivo adhu
rum decedunt, testamentum redintegrati
convalescit, ita ut ex eadem succedatur, L.
dem stricto jure, sed ex æquitate prætoria
de lib. & posth. hered. inst. itemque L. 3. C. de pos
§. XXIII.

Partum legitimum parentibus succed
juris est, §. 1. Inst. de hered. que ab intest. def.
dem & parentum commune votum liber
tem Parentum vocat, L. 7. in f. unde lib. vo
ma parentum esse solet, liberis parare & l
L. 50. de bon. liberi. & L. 13. C. de leg. hered.
tus succedere hæreditatemque transmitt
est, ut vivus fuerit natus & cum spiritu edi
lib. & posth. nec tamen etiam monstrosus, L. 3
inst. ceterum non obstat, licet vel illico inter
nus expirarit, modo vivus ex utero mater
2. & 3. C. eod. L. quod dicitur ff. de posth. & lib. 1
opus est, ut vocem edat, licet id velit Jus
Recht art. 20. verbis: Wenn der Sohn nach
de lebet also lang, daß man seine Stimme hõr
Wänden des Hauses, so ist er beerbet mit sein
hic enim textus in desuetudinem abiit, co
servantia admittitur qui vivus in lucem p
lum ediderit vagitum, ARN. REYGER in Thes
tus, addict. n. 8. modo vitam aliis signis p
motu capitis, brachiorum, pedum, &c. J
qu. 15. n. 47. CÖLER. P. II. decis. 288. CARPZ.
quodsi vero infans in ipso partu sit mort
cedere, neque hæreditatem ad alios tran
CARPZ. c. 1. def. 17. Ubi simul notandum,
tam vel mortem partus pro fundamento
allegat, onus probandi incumbat, L. 15. §. 1
C. 2

